



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

S[e]c[und]o mo[n]stratus e[st] spirituss[an]ctus in specie nubis lucide.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Her. pro festo pēte. De mysterio

lumba mea et venti. Glo. Foveas mihi pullos meos in foveis spiritus sancti. in foraminibus petre: Glo. i. in chiri vulneribus. Quorum ventus deuota preplatio nos inflamare debet ad amorem dei cuius causa precipua in nobis est spiritus sanctus.

Secundo monstratus est spiritus sanctus in specie nubis lucide. Ubi notandum quod nubes a terra eleuatur: refrigerius prestat. et pluuia generat. Spiritus sanctus hinc replet. Primo a terra eleuatur propter terrenorum et affectionem supernorum. Ezech. viij. Eleuauit me spiritus inter celum et terram et eduxit me in hierosolimam in visione dei. Cum igitur homini sapientia diuina et celestia: et desipit terrena et carnalia: signum est puritatis spiritus sancti. Ro. viij. Qui secundum spiritum sunt sapientes: qui autem secundum spiritum sunt sapientes. Et iuxta hoc dicit Gal. v. Fructus spiritus sunt caritatis: gaudium. Secundo refrigerium prestat contra incontinentiam vitiorum. Spiritus sanctus vocatur aqua quod habet vim refrigeratiuam. Jo. i. vij. Flumina de ventre eius fluunt aqua uiuifica. Hoc autem dicit de spiritu sancto quem accepturi erant credentes in eum. Hec ibi. Sicut itaque dicit Ro. viij. Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram fortificando uicem contra temptationes. Tertio pluuiam lachrymarum generat. Ps. Flabit spiritus eius et fluunt aque. lachrymarum gementium uicem pro peccatis. ut sanctus diximus. et pro dilanatione patrie celestis quemadmodum gementibus propheta spiritu plenus dicit. Deum mihi quod incoletatus me proplongat est.

Tertio monstratus est in specie flatus. Ubi notandum quod flatus leuis est: calidus: et ad respirandum necessarius. Sic itaque spiritus sanctus leuis. i. uelox est ad se diffundendum. Glosa super illud factus est repente de celo sonus etc. Hinc tarda motus lumbi spiritus sancti gratia. Secundo calidus est ad inflammandum. Lu. xij. Ignem ueni mittere in terram: et quod uolo nisi ut ardeat. Ubi et auster uento calido parat. Can. iij. Surge aquilo: et ueni auster profla hortum meum. Jo dicit Rom. xij. Spiritus seruantes. Sicut itaque calor naturalis signum est uite nature. Sic calor spiritualis signum est uite gratie. Aug. Vita anime amor est dei sui et proximi: qui non amat mortuum est. Bre. Probatio scititatis non est signa facere: sed unumquodque ut se di-

ligere. Aug. Dilectio sola discernit inter filios dei et filios diaboli. Tertio est necessarius ad respirandum. Ad hoc quippe necessarius est homini flatus: quod si ad horam subtraheret: homo continuo moreretur. Sic et de spiritu sancto intelligendum quod ad uitam spiritualem. Ps. Auferes spiritum eorum et deficiet et in puluere suum reuertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur etc. Et Jo. vij. Spiritus est qui uiuificat. Facit itaque spiritus sanctus eos respirare sepe: ad cor redeundo in quibus habitat. Ubi frequenter scie discussio et redargutio non solum de peccatis mortalibus: sed etiam de uenialibus: signum est puritatis spiritus sancti. Ut enim spiritus sanctus operum peccatorum mortalium sic feruor caritatis: qui est a spiritu sancto opponit ueniali. Jo. minima peccati palea intra cor quod possidet non patitur residere: sed statim igne subtilissime circumspectiois exurit spiritus ille suauis et dulcis: ut dicit Greg. in mora. Si ergo post dictum uel factum uel cogitatum homo discutit: ut in aliquo deliquit: hoc est signum spiritus sancti. Ap. i. i. Co. xj. Si nosmetipsos diiudicauerimus: non utique iudicauerimur. Bern. Diligat deus animam illam quod in prospectu eius sine intermissione se prederat et sine diffinitione diiudicat seipsum.

Quarto monstratus est in specie linguarum ignearum. Superius autem in primo principali mysterio secundo articulo diximus quod apparuit in specie ignis: et ibi etiam dicta est ratio secundum Bern. quod apparuit in specie lingue ignee. Hinc autem specialiter dicitur sumus quod magis in specie lingue: quam alterius membri. Propter rationem illam litteralem uicem quod ad hoc uenit spiritus sanctus super apostolos ut possent loqui varijs linguis et sic predicare legem dei omnibus nationibus gentium: Aliter gnabimur tres alias rationes mysticas. Prima est propter gubernationem lingue diffinitionem culturam propter quam specialiter indiget modelis ramis spiritus sancti. Jac. ij. Omnis natura bestiarum et serpentium et uolucrum et ceterorum domat et domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest: est et inquietum malum et plena ueneno mortifero. Hec ibi. Jo bene dicit Eccl. xxvij. Attende ne forte labaris in lingua et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi. et Pro. uer. xvij. Dors et uita in manibus lingue. Secunda ratio est propter linguam bene gubernatam